per Moder.hic.
1 ☞Omnes hec dictio eſt vniuerſalis:⁊ omnia includit.
2 Lex debet eſſe clara.
3 Obſcurum refertur ad literam:ambiguum ad mentem.
4 Legis natura eſt futura reſpicere.
5 Lex ſi trahatur ad preterita non intelligitur de preteritis deciſis.
hanc concluſionem limita vt hic.⁊ nu.6.⁊.7
8 Princeps ſi reſtituit bannitum non obſtante quacunq; condē-
natione quam vult haberi pro infecta:an talis bannit⁹ recuperet
bona tranſlata in tertium.
9 Indefinita non equipollet vniuerſali qñ non eſt eadem ratio.
10 Preterita dicuntur deciſa:que finita ſunt per ſolutionē:ſententiā
vel tranſactionem.
11 Statutum licet dicat ꝙ habeat locum in preteritis:non intelligi-
tur de pendentibus per appellationem.
12 Quid autem ſi pendeat in cauſa principali.
Que concluſio limitatur.vt hic.
13 Conſtitutio declaratoria ſimpliciter loquens habet locum in pre-
teritis.
Limitatur hec concluſio.vt hic.
14 Conſtitutio ſimpliciter loquens que procedit annullando:⁊ cā an-
nullationis eſt de preterito locum habet in preteritis.
15 Conſtitutio extēditur ad preterita qñ procedit confirmando.
16 Conſtitutio noua reſpiciēs ordinem procedendi includit cauſas
pendentes.
17 Conſtitutio reſpiciens executionem habet locum in actu preterito
reſpectu executionis future.
18 Conſtitutio noua an porrigatur ad actum perfectum ſi effectus
ſit in pendenti.
19 Pena an imponi debeat ſecundum tempus delicti.

¶Philippus decius.

Quoniam. ¶Primo nota quod conſti-
tutio pape omnes aſtringit.
de quo dictum fuit in capi.j.in.ij.no.ſupra eo.Naz
1 †dictio omnes que hic ponitur vniuerſalis eſt ⁊
omnia includit.l.iulianus.de lega.iij.l.a procura-
tore.C.man. not.in capitulo.ij.de obſerua.iein.in
princ.⁊ ideo ſub dictione vniuerſali veniunt etiam illa que in ge-
nerali diſpoſitione non includuntur:vt not.Barto.in.l.generali
§.vxori.de vſufru.lega.⁊ in no.caſu tradit Roma.in conſilio.xliiij.
ex ſupra narrato themate.in.iij.dubio.⁊ dixi ī.l.omnia.ff.ſi cer.pe.
Et quod hic dicitur de papa idem eſt in conſtitutione imperato-
ris cui omne humanum genus ſubijcitur vt inquit text.in.l.j.in
princi.C.de condu.⁊ procu. predio.fiſca.li.xj. not.in.l.j.C.de ſum.
trini.⁊ fi.catho.Magis preciſa tamen videtur pape autoritas cō-
tra quam preſcribi non poteſt licet ſecus ſit in imperatore:vt Abb.
hic dicit de cui⁹ dicti veritate dicendum eſt:vt not.Cardi.in clemē.
pſenti.colu3.penul.ver.vij.quero.de cenſi.⁊ late tradunt Moder.
2 in.c.cum nobis.de preſcript.¶†Secundo not.quod lex debet eſſe
clara vt hic.⁊.iiij.diſtincti.c.erit autem lex.Nihil enim magis pro-
prium legis eſt quam claritas vt dicitur in aut. ꝺ teſtam.imper.§.
nos igitur.vnde ſecundum Bald.hic ſtatutum obſcurum in cau-
ſis allegari non debet ſic tamen in legibus claritas obſeruanda eſt
vt ſuperfluitas euitetur:quia in legibus nec etiam ſyllaba ſuper-
flua eſſe debet vt not.Bal.per illum text.in.l.j.ff.quod met.cauſ.fa
cit text.in.§.quibus.in prima conſtitu.C.⁊ ibi Bald.⁊ ſupra ī pro-
emio decreta.ibi reſecatis ſuperfluis.Et hoc preſertim locum ha-
bet in legibus tradentibus regulam:vt not.Bald.in.l.gallus.§.j.
in.iij.oppo.de lib.⁊ poſt.vbi allega.text.ī.l.j.ff.de regu.iur.ibi bre-
3 uiter enarrat.¶†Tertio not.ibi obſcurum vel ambiguum.Nam
obſcurum refertur ad literam.⁊ verbum ambiguum ad mentem.
vt Abb.poſt Joan.and.⁊ alios hic dicit.Sed tamen iſta differen-
tia non videtur probari:quia etiam reſpectu mentis obſcuritas
dicitur lege ita fidei.ff.de iure fiſ.ibi dum dicitur diuerſitas rerum
obſcurum faciat legatum.facit textus in regula in obſcuris.de re-
gu.iur.in ſexto.Et hic pro eodem iſta verba poſita videntur.facit
textus in.l.veteribus.ff.de pactis.ibi pactionem obſcuram vel am
biguam.⁊ gloſ.ibi aliam ponit differentiam dicens quod pro-
prie obſcuritas eſt in dictione que plures habet ſignificatus:⁊ am
biguitas eſt in oratione.vt cum dicitur:Aio te eacidem romanos
vincere poſſe.⁊ ſequuntur ibi Barto.Ange.⁊ Paul.de caſt.⁊ idē
gloſ.in.l.ambiguo.de reb.dub.ſed Albe.in dicta.l.veteribus.dicit
totum econtra quod obſcuritas eſt in oratione ⁊ ambiguitas in
dictione.⁊ idem Albe.in dictiona.in verſi.ambigua.⁊ in.l.in
ambigua.ff.de legi.⁊ gloſ.in.c.j.de iudi.in.vj.dicit ambiguum eſſe
vbi ſunt varia iura ⁊ opin.⁊ ſic ambiguum videtur vbi pluribus
modis intelligi poteſt:⁊ obſcurum quod nullo modo intelligitur
gloſſa in.l.de etate.§.nihil.in verbo obſcure.de interroga.actio.
4 ¶†Quarto nota[a] quod natura legis eſt futura reſpicere.Et ra-
tio ponitur in.c.ij.ꝫ.eodem Et ideo verbum dubiū prout eſt futu
rum ſubiunctiui:qꝺ pro preterito ⁊ futuro intelligi poteſt:in lege

[a] Quarto not. Do.Fely.ſeruat hic alium ordinē in hac materia īcipiendo in prin. huius.c.

vel ſtatuto in futurum interpretaꝶ.vt Abb.hic cōcludit poſt Bar
to.in.l.omnes populi.in.vj.princ.in.iij.q.verſi.iuxta premiſſa.ff.de
iuſti.⁊ iur.⁊ not.Bald.in.l.leges.colum.iij.C.de legi.facit gloſ.in
c.vnico.§.fina.in verſicu.receperit.de cleri.non reſi.in.vj.cum ſimi.
vt late congerunt Moder.hic.Et adde qꝺ iſta concluſio limitatur
non habere locum in not.caſu in quo conſuluit Roma.in conſilio
cccxxiij.quo ad primum.vbi inquit quod prerogatiua que conce-
ditur illis qui laborauerint in conſilio per annum non ſolum in
futurum ſed etiam pro preterito intelligitur:quia eadem ratio vi
detur vt illi quorum equalis fuit labor pariter premium conſequā
tur.lxxvij.diſtinctione.c.ſcire debet.⁊ in.c.j.de ſepul. ¶Sed conſi-
derandum eſt quod non videtur eadem ratio in illis qui labo-
rauerāt in cōcilio ante illam cōſtitutionem quia intentio cōſtitu-
tionis fuit inuitare alios in futurum ad laborandum pro conci-
lio.et laborantes poſt talem conſtitutionem videntur moti pretex-
tu illius conſtitutionis:que ratio ceſſat in illis qui prius ante con
ſtitutionem laborauerunt:⁊ ideo deci.Roma.dubia videtur:quia
illud verbum laborauerint deberet intelligi in futurum prout do
ctores hic dicunt.Saluari tamen poteſt ſpecialiter in caſu remune
rationis prout ipſe loquitur:quia vbi agitur de remuneratione
late debet interpretatio fieri:vt notabiliter voluit Gulielmus de
cuneo quem refert et ſequitur Alexander in lege tertia.in princi-
pio.ff.qꝺ quiſque iuris Et erat beneficium principis:qꝺ late debet
interpretari capitulo cum dilecti.de donationibus.¶Secundo
predicta concluſio procedit in lege vel ſtatuto prout doc.hic loquū
tur.Secus eſt in alia materia:quia verbum tale dubium etiam ꝑ
preterito intelligitur:vt nota.Barto.in.l.j.in ſeptima queſtione
ff.de iure codicillo.Abb.in.c.ad hec.per gloſ.ibi de reſcript.cum
ſimilibus.vt tradit Alexand.in.l.cum ſtipulamur.ff.ꝺ verbo.obli
ga.Moder.in dicto.c.ad hoc.⁊ nota.Fulgo.in conſilio.cxxxvj.in
cauſa.colum.ij.¶In glo.fin.ibi cum tu.Abb.hic concludit quod
illa conſtitutio reſpectu pene ſit noui iuris promulgatoria:⁊ ideo
iſto reſpectu tanquam de nouo iure debet iudicari:vt no.Anto.de
but.⁊ Jmol.hic tradit Alexand.in conſilio.vij.viſis.colum.ij.li-
bro.ij.¶Pro reſolutione materie preſentis decreta.Abbas conſi-
derat tres caſus principales.Primus eſt quando in lege vel ſtatu-
to expreſſe dicitur quod trahatur ad preterita.Secundus quan-
do ſolum exprimitur de futuris.Tertius quando ſimpliciter lo-
5 quitur.¶†Circa primum Abb.concludit quod licet expreſſe dica
tur quod ad preterita porrigatur non intelligitur de preteritis de
ciſis per text.in.l.cauſas vel lites.C.de tranſactio.vbi Bartol.hoc
dicit.⁊ idem Bartol.in.l.omnes populi.in.ij.queſtion.v.princip.
de iuſti.⁊ iur.⁊ in.l.j.§.fina.ff.ad tertul.cum ſimilibus.vt tradunt
Moder.hic ⁊ idem Bartol.in.l.lucius.§.que marco.de legat.ij.⁊
late Ange.in conſilio.ccxlix.ſuper primo queſito.vbi late adducit
rationem quam domi.Abba.hic ponit.⁊ idem Pet.de ancha.in
conſilio.clxiij.de viribus.colum.iij.⁊ ad hoc etiam facit quia cum
tale ſtatutum ſit contra ius commune vt hic:ergo debet ſtricte in-
terpretari.arg.c.cum dilectus.de cōſue.Et in terminis ꝑ tali ſtatu
to nota.Barto.in.l.iiij.§.eritq; differentia.colum.ij.ver.⁊ per hoc
6 poſſet determinari.ff. vi bon.rapt.¶†Predicta concluſio limita-
tur niſi expreſſe dicatur ad preterita deciſa per gloſ.in dicta.l.cau-
ſas.que bene procedit in ſtatuto.ſecus videtur in reſcripto ſecūdū
Bartol.in.l.fina.C.ſi contra ius vel vti.publi.ſed Abb.concludit
idem eſſe in reſcripto quia eadem ratio videtur.⁊ Moder.hic ſim
pliciter ſequuntur.⁊ adde Alexand.in conſilio.ij.colum.penul.in-
cipi.viſo.libro.j.vbi dicit non eſſe differentiam an per viam legis
vel reſcripti tollatur ius tertio queſitum.allegat Anton.de but.⁊
Jmol.in.c.que in eccleſiarum.de conſtitu.pro dicto Barto.tamen
facit qꝛ poteſtas ſtatuendi eſt fauorabilis magis quā reſcriptū:vn
de quandoque valet ſtatutum ⁊ non valeret reſcriptum:vt nota.
Bald.in.c.cum omnes.colum.penul.ꝫ.eod.⁊ ideo per viam legis
vel ſtatuti derogaꝶ ſtatuto ꝯtrario cōfirmato iuramento nō ſic per
reſcriptum:vt nota.Domini.in.c.cum non deceat.colum.fina.de
elec.in.vj.⁊ facit quod nota.Jnno.in.c.quanto.de conſuet.vbi vo-
luit quod maior ⁊ potentior ſit autoritas legis quam precepti.re-
fert.Anton.de but.ibi ⁊ ſequitur Bald.in.l.j.ff.de conſtitu.princ.
cum ſimi.vt tradit Andr.ſicul.in.c.ij.colum.vj.ꝫ.de reſcrip.vbi ad
hoc etiam allegat Salyc.in.l.ſi.C.que ſit lon.conſue.in dicta.l.fina.
C.ſi contra ius.colum.fina.⁊ in.l.j.C.de ſer.reipub.ma.in quibus
locis Saly.tenet quod maior ſit autoritas ſtatuti quam reſcripti.
Et in propoſita queſtione iſta opinio verior videtur quia in reſcri
pto agiꝶ ꝺ iure particulari alterius quod tolli nō poteſt.l.quoties.
C.de precib.imperatori offerend.Et hoc repugnat nature reſcri-
pti quod ad ius commune referri debet.l.falſo.C.de diuer.reſcrip.
Secus videtur in ſtatuto vel lege que generalis eſt.vt not.Abbas
hic.Et licet ab iſta ratione poſtea videatur recedere:tamen vera
videtur quia reſcriptum videtur impetratū propter importunita
tem.⁊ ideo contra ius non valet.l.ſcriptura.C.de precibus impe-
ratori offerendis.l.finali.C.ſententiam reſcind.non poſſe.Secus
in.l.que videtur facta motu proprio.vt infra dicam.allegata ſupra
in contrarium haberent locum quando euidenter conſtaret de

mente